

contra Bartholomeum bellinasi de Neapoli dominum petre palumbe in causa decimorum baiulationis et demanii. ac territorii petre palumbe. discreto viro dompno Ar Canonico Maioris Ecclesie Melfensis salutem et sinceram in domino caritatem. Noveritis nos a domino legato recepisse licteras in hac forma. Venerabili in christo patri et c. Bernardus et c. ut supra. Vobis igitur de cuius fide. et legalitate vidimus commissa nobis auctoritate percipiendo mandamus. quatinus ad locum petre palumbe personaliter conferentes, Bartholomeum bellinasi dominum dicti loci quem presentium tenore requirimus una monitione pro tribus vos ex nostra requiratis et moneatis. ut sententie contra se late super decimis dicti loci. humiliter pareat sicud debet. et Episcopo et Capitulo Memoratis, integraliter satisfaciat. de preteritis decimis. et expensis quibus sententialiter extitit condempnatus. infra quindecim dierum spatium quem ei ad hoc terminum peremptorium assignamus. Mandanti eidem. quatinus predictos Episcopum et Capitulum super decimis dicti territorii per se vel per alium decreto non impedit vel perturbet. Alioquin si in premissis seu aliquo premissorum inobediens. contumax. rebellus fuerit seu remissus, nos ipsum ex nunc prout ex tunc presentibus scriptis excommunicamus. Diem vero requisitionis et monitionis nostre ac vestre pro nobis coram quibus. et quicquid inde fecerint nobis fideliter res Datum Melfie, decimo. nonas, octubris. III^e Indictionis § die vero vicesima sexta octobris. III^e Indictionis. predictus dompnus Arnulfus nuncius noster monitor et relator. nobis retulit oracolo vive vocis locum petre palumbe personaliter se t . . . et licteras nostras predictas monitorias puplice legi fecit et requisivit. ac monuit Bartholomeum predictum. et eius factores super premissis secundum formam et tenorem licterarum nostrorum XX quarta die mensis predicti. In presencia dompni Marci de ball presbiteri. Matie Angeli de Bricio.